



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opvscvlvm, De Vitis  
Romanorvm Pontificvm**

**Liutprandus <Cremonensis>**

**Mogvntiae, 1602**

X.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11115**

est iuxta corpus B. Petri, 3. nonas April. Et cessauit Episcopatus dies 2.

## IX.

**T**ELESPHORVS, natione Græcus, ex anachoritis, sedit annis 11. mensibus 3. dies 21. Hic constituit, ut per septem hebdomadas ante Pascha, iejunium celebraretur. Et in Natali Domini Missæ per noctem; nec vñquam ante horam tertiam Missas nullus celebraret. Et vt ante sacrificium hymnus celebraretur angelicus. Qui martyrio coronatus, sepultus est iuxta corpus B. Petri 4. non. Ianuar. Et cessauit Episcopatus dies 7.

## X.

**H**YGINVS, natione Græcus, ex Philosopho de Athenis. cuius genealogiam non inueni; sedit annis 15. mens. 3. dieb. 4. Et sepultus est iuxta corpus B. Petri, 3. Idus Ianuar. Et cessauit Episcopatus dies 2.

## XI.

**P**IUS, natione Italus, ex patre Rufino, frater Pastoris, de ciuitate Aquileia. sedit annis 10. & 9. mensib. & 3. diebus. Sub cuius Episcopatu Hermes librum scripsit, in quo continetur, quod angelus Domini in habitu Pastoris ei præcepit, ut Pascha die Dominico celebraretur. Hic constituit, hæreticum venientem ex Iudeorum hæresi suscipi & baptizari. Qui sepultus est iuxta corpus B. Petri, 5. Idus Iul. Et cessauit Episcopatus dies 14.

## XII.

**A**NICETVS, natione Syrus, ex patre Ioanne, de vico Humisa, seddit annis 12 mens. 4. diebus 3. Hic constituit, ut clericus comam non nutriri. Martyr qd obiit, & sepultus est in cimiterio Calisti 12. Kalend. Maii. Et cessauit Episcopatus dies 17.

## XIII.

**S**OTHER, natione Campanus, ex patre Concordio, de ciuitate Fundis. sedit annis 9. mensibus 6. dieb. 21. Hic constituit, ut nulla monacha pallam sacratam contingeret, nec incensum ponneret in sanctam Ecclesiam. qui sepultus est iuxta corpus B. Petri, 9. Kalend. Junii. Et cessauit Episcopatus dies 21.

Q 2

## XIV.